metur arcus latitudinis g l, contra b: & ducta linea d t l, formabitur circulus ſecundum diſtantiam e t. Sit enim, ut ſolet, ſuper polos tranſiens circulus a b: linea eum in plano contingens b u. Et ſit diameter recti circuli r o y: & ei æquidiſtantium diametri q ſ c, & p n x: pertranſeatq; linea a c f u, protracta r o y ad f: iterum trahatur a y z, & a x m, & a ſ n o b. Quia igitur o y eſt æqualis o a: erit & b z æqualis b a. cumq; ſit b z, æqualis e g, ex hypotheſi: erit b a æqualis e d, quia etiam arcus h g, g l ſumpti erant ſimiles arcubus c y, & y x. Erunt & toti arcus b l, b h ſimiles arcubus b x, b c: & anguli, qui cadunt in eos æquales; qui ſunt ad a, & d. Igitur ſimiles ſunt trianguli b a u, e d K: & trianguli b a m, & e d t. Cum ſit ergo b a æqualis e d: erunt & b



m &